

Gaudete


www.singing-bell.com

A



Gau-de-te, gau-de-te! Christus est na-tus ex Ma-ri - a vir-gi-ne. Gau - de-te!

B



Tem-pus ad-est gra-ci-ae, hoc quod op-ta-ba-mus, car-mi-na lae-ti-ci-ae de-vo-te red-da-mus

1. Gaudete, gaudete! Christus est natus
Ex Maria virgine, gaudete! (x2)

Tempus adest gratiae
Hoc quod optabamus,
Carmina lætitiæ
Devote reddamus.

2. Gaudete, gaudete! Christus est natus
Ex Maria virgine, gaudete!

Deus homo factus est
Natura mirante,
Mundus renovatus est
A Christo regnante.

3. Gaudete, gaudete! Christus est natus
Ex Maria virgine, gaudete!

Ezechielis porta
Clausa pertransitur,
Unde lux est orta
Salus invenitur.

4.. Gaudete, gaudete! Christus est natus
Ex Maria virgine, gaudete!

Ergo nostra contio
Psallat iam in lustris;
Benedicat Domino:
Salus Regi nostro.

Gaudete, gaudete! Christus est natus
Ex Maria virgine, gaudete!